et lepido tenuerat. Ita ab initio principatus eiꝰ usq;
ad finē quinquaginta et sex anni fuerunt. Obiit aūt
septuagesimo sexto anno morte cōmuni. in oppido
cāpanię atella romę in campo marcio sepultus.

Epythoma ex libro orosii pbri quos ipse hor
tatu sci augustini de clarissimorū hystoricorū
libris pompei. uidelicet trogi et iustini ad
breuiatoris eiꝰ. suetonii tranq̄lli. cornelii. taciti.
salustii. eutropii. liuii. polimbii. ualerii. clau
dii. galbe. et anthyge. pulcherrimo ordine
de flo ra uit

Anno ab urbe condita. ccc. l. v.
Galli senones duce brenno exercitu copioso et robu
sto nimis cū urbē clusini. quę nunc tuscia dicitur
obsiderent. legatos romanos qui tūc ponende in
ter eos pacis gratia aduenerāt in aciem aduersū se
uidere pugnantes qua indignatione pmoti clusini
oppidi obsidione dimissa. totis uirib; romā ctendūt.
Hos ita ruentes fabius cū exercitu consul excepit.
Nec tamen obstitit immo potiꝰ hostilis ille impetꝰ quasi
aridā segetē succidit strauit et transiit. Testatur hāc
fabii cladē fluuius allia sicut cremera fabiorum.
Nō enim facile aliquis similē ruinā romanę militie
recenseret. etiā si roma insuper incensa non esset.
Patentē galli urbē penetrant trucidant. Rigen
tes simulacrorū modo in suis sedilib; senatores eosq; in
cendio domorū crematos lapsu culminū suorū
sepeliunt. Uniuersā reliquā iuuentutē quā cō
stat uix mille hominū tūc fuisse in arce capitolini
montis latentē obsidione cōcludunt. Ibique infelicē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_927/0117
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG